

Et scit facultas eum tunc inprimis adfuisse, quando summas rixas et tragedias per se et alios movebat contra magistrum Ioannem Hosenberg in suo decanatu iustissime deferendo.

C 147. De magistro Caspero electo in clavigerum. Ad hec ibi Gawr fuit exclusus, statim facultas elegit alium clavigerum venerabilem virum magistrum Casperum, qui, ubi vidit totam facultatem in se conspirasse, illico reclamabat officio et pedibus et manibus reiiciebat, sed victus omnium calculo et mea confirmatione electus [est] in clavigerum in nomine domini. Hec ita esse ego Ioannes Hasenberg, mgr. liberalium arcium et facultatis decanus, non meo capite sed octo seniorum et trium executorum consensu et voluntate iudicioque consignavi et conscripsi. *

Laus tibi sit ter optime maxime, Iesu Christe.

1526 Sommersemester. 234. Decan Caspar Barth von Oschatz.

Decanatus¹⁾ magistri Gasparis Barth Oschatzei. Anno a Christo nato millesimo quingentesimo vigesimo sexto die Saturni ante divi Gregorii²⁾ festum, que erat Aprilis vicesima prima, Gaspar Barth Oschatzianus, bonarum artium ac philosophie magister, alme universitatis studii Lypzensis rector etc., concordi magistrorum suffragio inclyte facultatis artium decanus delectus ac declaratus est, qui sub magistratu suo subscriptis, sicuti vocant, officialibus facultatem artium gubernavit administravitque:

1526
Apr. 21.

Clavigeris magistro { Iohanne Sawr Winsheimensi
Georgio a Szode Hanoverano.

Executoribus magistro { Gaspere Deychselio
Henningo Pyrgallo
Friderico Beypes
Gasparo Barth decano.

Eodem anno die Lune post sacratissime Trinitatis ferias, que erat Maii³⁾ vicesima septima³⁾, subscripti in hoc, ut de baccalaureandorum ingeniis iudicarent, sorte, ut habet consuetudo, delecti sunt:

Mai 28.

N 52'. mgr. { Virgilius Salez[burger] Bavarus
Sebastianus Sybarth Muchelius Mynensis
Arnoldus Westfeldt Saxo
Gaspar Deychsell Polonus.

Horum censura subscripti baccalaureati sunt, quorum iudicium dns. decanus suo calculo vel suffragio probavit:

Bartholomeus⁴⁾ Heyneman Dresdensis pauper { sub Curione
Ioannes Felhorn Bavarus {
Iacobus Lohtgehen alias Lobensis Polonus { sub Casparo Deychsell

¹⁾ Dies Decanat fehlt in C. Die nächsten Seiten bis einschließlich 151' sind freigelassen worden. In N hat man für die Initiale eine Lücke gelassen, aber nicht ausgefüllt. ²⁾ In N korrigirt für Galli. ³⁾ Trinitatis fiel auf den 27., Montag auf den 28. Mai. ⁴⁾ S. S. 602 Anm. 1.